

filio, ad tutandam Westfaliā aduersus Ducis conatum. At post- burgico, quam Bernardus de Lippia, ceterique Ducis præfecti didicere Archi- ceteris- episcopum, Westfaliæ securum, cum parte exercitus recessisse; mo- q; West- vère in Simonem Teclenburgicum, ceterosq; ab eo ad tutelam West- falis, eos que de- faliæ relictos. Nec segnius illi copias contrahunt; concursumque ab vincit. utroque exercitu ad Haresfeldiam haud procul Osnabruo. Pugna- tum acerrimè: vieti ad extremum Westfali: captus Teclenburgicus, & catenis vincitus, ad Leonem protractus. Is quia post in fidem Du- cis se dedit, desertis turpiter sociorum armis, mox vinculis absolutus est; contra Schawenburgicus, quod capti à se milites reposcerentur, à Duce defecit, eoque tota Transalbiana regione ejectus est. Lippi- ensis hac victoria insolens, omnia circa Susatum vastat, ac festo Apo- stolorum Simonis ac Judæ Medebecam Oppidum in cinetes vertit, plura illatus damna, nisi à Leone cum Widekindo Rhedano in Ori- entalem Saxoniam evocatus fuisset.

Jam cui ea par malorum facies ex conspiratione Principum ad- versus Leonem? quam magnopere deplorat Lubecensis Abbas, ab Episcopis coeptam inflammatamque. Dux horum Wigmannus Mag- denburgensis Archiepiscopus, cuius auctoritati subnixi Principes ce- teri. Er quia Udalricus Halberstadiensis, licet paulò ante reconciliatus duci, arma resumpserat, aususque rursum erat Halberstadio & Hor- neburgo infesto milite excurrere, provincias Ducis villasque exurere, captivos abducere; Ducis præfecti copijs Halberstadium intercipi- Halber- unt, & clausa urbe cives & Episcopum cum præfidiario milite in po- stadium testatem accipiunt. Cives ex ira Ducis veriti incendium, in omnibus captum ædibus extinxere ignem; quem dum miles quidam occultatum re- perit, casæ injicit; quo tamen longius serpente, tota urbs deflagrat. Fatali hoc incendio Basilica D. Stephani, ac templo omnia cum Cœ- nobijs in vivum bustum confidere. Flammis simul absumpti tres Canonici Cathedralis Collegij Sacerdotes, ac studiosi literarum com- plures, cives ac fœminæ plus quam mille. Episcopus ægre flammis ereptus, cum multis civibus captivus abducitur, redditusque libertati haud multò post senex extinguitur. Per hæc tamen arcta obsidione premebat Hadeslebiā, Ducis Oppidum, medias inter paludes na- tura loci triplicique vallo ac muro præmunitum. Admotæ omnis lebia ob- generis machinæ artesque militum, qui ad strictis ad calceos ferreis sidetur. uncis, facta per glaciem impressione sæpius impugnavere; omnia tamen in castrum erant, castrum acerrimè propugnante Bernardo Comite nostro Lippiensi.

Annus Christi 1180.

Alexandri III. Pont. 21.

P p p p p 2

Friderici